

GUMMI et RESINA
ALOËS.

℞. Aloës Socotorinæ p. uncias quatuor,
Aquæ M. libras duas.

COQUE donec aloë, quantum fieri potest, soluta fuerit, et, se pone per noctem; resina ad vasis fundum præcipitabitur; liquor supernatans, si opus, colatus, admoto igne, vaporando consumatur, ut relinquatur gummi.

NOTA.

SI extracti conficiendi major sit copia, balnei calore commodissimè spissatur.

OMNIA verò extracta aquosa paululo spiritu vinoso irrorentur, ne situm contrahant.

O L E A

per

EXPRESSIONEM.

OLEUM AMYGDALINUM.

AMYGDALÆ, vel dulces vel amaræ, recentes in mortario lapideo terantur; deinde prelo, sed non calefacto, exprimatur oleum.

EODEM modo exprimendum est oleum ex feminibus Linî, et Sinapis.

OLEA